eſſet abuſio ibidem notata· Cernimus indeſinenter auſum ad vrbē cō
fluere pro gracijs expectatiuis reſeruatiuis dignitatibꝫ pſonatibꝫ ac
alijs officijs obtinendis. Et hos qui burſas pinguiores apportant vide
mus ⁊ altiores dignitates reportare auro pro plūbo ꝯmutato nec at
tenta pſonarū qualitate ſi merita eis ſuffragantꝰ licet tenor bullarū hoc
ſignificare videatꝰ ſed in re parū cernitꝰ· Nam modicū ibi dicit ꝓpheta
yſayas verendum ē ne ſymon ille potiſſimus ſepius in talibꝫ intercur
rere videatꝰ ꝑ pacta ꝑ ꝯuentiones ⁊ ꝯtractus more emenciū ⁊ venden
cium· Et niſi tantum de florenis effuderit vacuus de vrbe remeabit: vñ
paupertas in curia romana locum raro cernitꝰ hr̄e. etiam ſi bene merita
⁊ ydonea plus repiatꝰ ⁊ ſatis mirandum ꝙ ſoli diuites ⁊ nobiles potē
tes in ſeculo dignitatibꝫ ⁊ beneficijs extollūtꝰ quaſi ipſi ſoli bene meriti
reputarentꝰ· ⁊ nulli paupes· etiam ſi dignitate p̄fulgeant magiſtrali
ſeu doctorali· ideo cernimus opulentiſſimos epatꝰ eccleſias ⁊ p̄laturas
grauibꝫ ſubiacere oneribꝫ debitorū vt vix ꝓ menſa ſua quotidiane ſuf
ficiāt eis procurationes quia qđ nō capit xp̄s capit fiſcus· ſed hec ma
gis fletibus lugenda ſunt q̄ȝ ſtilo cōmendanda· Et ſi q̄s forte p̄ſcripta
moleſte ferat hic ſe ſuſpectū reddere videtꝰ de fautoria iniquitatis ꝯpro
bans ſe non odire vicia que non poteſt pati rephendi nec libera voce
illud dauiticū poteſt ꝓmereri· Nōne qui oderunt te dn̄e oderam ⁊ ſup
inimicos tuos tabeſcebam pfecto odio oderā illos inimici facti ſūt mihi
Conſulendū igitꝰ huic inclite romāe curie tam clero quā populo ne pꝰ
tantam adeptam gl'iam maculā inferat dignitati ſue vt olim Salomon
ſapientiſſimus legitꝰ feciſſe ⁊ fiant poſteriora peiora prioribus ne forte
immūdo eiecto ſpū p peccatū ydolatrie p̄mo ꝯcepto .i. malignus īueniēs
domū ornatam ⁊ mūdatam ſcobis ꝑ mūdanā aſtuciam ⁊ ſciaȝ vadit
⁊ aſſumit alios ſeptē ſpūs nequiores ſe ⁊ ingreſſi habitant ibi peioribꝫ
⁊ maioribꝫ criminibꝫ īuoluēs etiam q̄ȝ prius erat· Quis enim dubitat
mūdi lumīa quo ad fulgorem ſapiencie ſi ad tenebras mortaliſſimꝰ ruī
viciorū fuerint ꝯuerſa ex certa ſciencia grauius peccare q̄ȝ olim gen
tiles deum ignorantes ⁊ tamen iuſticiam colētes ſola ydolatria peccaue
runt quales erant romani ante xp̄i aduentum vt Machabeorū teſtatꝰ
hiſtoria p̄mi mach· xiiij°.

De prelatis eccleſiarū.

Nunc ordie ꝓgreſſiuo a ſupmis ad media deſcēdēdo ad eos
inquam qui dati ſunt ad lucem gencium ſtilus ſe reflectat hij
inquam ſunt quos deus tanquam veros ſpeculatores ſupra
iſrahel ꝯſtituit de quibꝫ primus paſtor ait eos exhortando

paſcite qui in vobis eſt gregem dei ꝓuidentes non coacte ſed ſpontanee
ſcd̄m deum neqꝫ turpis lucri grā ſed voluntarie neqꝫ dn̄antes in clero
ſed forma ſancti gregis ex animo vt cum aꝑuerit princeps paſtorum
ꝑcipietis īmarceſſibilem glorie coronam prime Pet. vlt̄. Ecce quam
pulchram ſplendidamqꝫ ymaginem pretulit ſuis quos in ꝑtem ſollicitu
dinis decreuit ſibi aſſociare in qua doctrinā clare expreſſit. ⁊ officium
ſiue miſteriꝫ ad qđ ſunt vocati q̇a paſtor notat paſcē ⁊ modū paſcēdi
ſed non coacte ſed ſpontanee ⁊ ſcd̄m deum. i. diuina p̄cepta que ſunt di
rectiue regule oīm gregum ſimul ⁊ paſtorꝝ. neqꝫ turpis lucri gracia
ꝑ qđ omnē excludit cupiditatem auaricie que ſolet multis eſſe cauſa p̄
ſidendi ⁊ beatus qui illam excludens nomen mercēnarij euadere meret̄
induens nomen paſtoris. Deinde etiam elationis excludit vicium qđ
plerūqꝫ ꝯmittere ſolet apicē dignitatum dicens neqꝫ dn̄antes in clero
xp̄us enī non venit miſtrari ſed miſtrare cui⁹ veſtigijs veri paſtores
debent inherere vitam etiam irrep̄henſibilez eis īprimit quā grex imi
tari debet ⁊ quā boni paſtores gregibus ſuis p̄ferre debent tanquā ſpe-
culum in quo ſe ſpeculent̄ docentes factibile eſſe qđ verbo docent ⁊ ex-
emplo demonſtrant. demum fidelibus p̄ſidētibuſqꝫ paſtoribꝫ a predictis
nō recedentibꝫ ꝯdignam ꝓonit mercedem in die iudicij ipſis reddendaꝫ
Ecce quid clarius pleniuſqꝫ exp̄mi potuit ꝑ principem aploꝝ ad pon-
tificalem ꝑtinēs dignitatez q̄ quāti ⁊c. ꝑiculi diſcriminis ⁊ laboris res ſit
aput eos qui terſos habent oculos ⁊ digne eam admīſtrare velint. au-
diamus Auguſtinū vnū ex ipſis in ep̄la ad valeriū dicentem. ante oīa
peto vt cogitet religioſa prudencia tua nihil eſſe ī hac vita ⁊ maxime
in hoc tempꝫe facilius leui⁹ ⁊ hominibus acceptabilius. ep̄i ⁊ p̄ſbiteri ⁊
diaconi officio. ſed ſi ꝑfunctorie ⁊ adulatorie res agat̄ nihil apud deum
miſerabilius ⁊ triſti⁹ ⁊ damnabilius. Et nihil eſt in hac vita ⁊ maxīe
in hoc tempꝫe laborioſius difficilius ⁊ ꝑiculoſi⁹ p̄ſbiteri dyaconi ⁊ ep̄i
officio ſꝫ aput deuꝫ nil beacius ſi eo mō militet̄ quo imperator noſter iubet
Et ſubdit quis autem ſit modus nec a puericia nec ab adoleſcēcia mea
didici ⁊ eo tempꝫe quo diſcere ceperā vis mihi facta eſt merito peccatorꝝ
meorꝝ. nūquid aliud eſtimez neſcio vt ſecundus locus tabernaculorum
mihi traderetur q̄ venenū tenere non nouerā. Et greg. ars ē artiū re
gimē animarꝝ penſet lector quicquid iſti ſenſerint de cura paſtorali pōti
ficali dignitate annexa putamus ne plures ī noſtra etate poſſe reperiri
qui dignitatem pontificalem onus ⁊ honorez eſtimāt magis prodeſſe qꝫ
p̄eſſe eligentes. Et licet nō dubitent eis adeſſe laborem tamen hunc nō
vt proſint ſed vt p̄eſſe paciant̄ libenter tolerant ⁊ p̄ nimietate amoris
ad p̄ſidenciam ⁊ libidine dn̄andi non onus ſenciunt ſicut olim de iacob
legitur qui ſeptem annis pro nupcijs rachaelis ſeruiebat ⁊ videbant̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rū dies pauci ꝑ amoris magnitudine· Quod certe euidentiſſima ꝓbat
experiencia cum opulenciores epatus ⁊ beneficia pinguiora plures ꝯſue
uerūt hr̄e amatores· Etiam ſi populus eſſet magis indomitus ⁊ frō
toſus· ⁊ econuerſo attenuatarū ecclīarū vix poſſet paſtor inueniri etiaꝫ
ſi populus eſſet ſimplex ⁊ diſciplinatus· Non enim ab omnibꝫ querit̄
illud qd̄ ꝓ omnibꝫ eſt querendū in p̄latiſ· Que vero ſint iſta beatꝰ
Bernhardus in epl̄a ad archiep̄m ſenonenſem ſcribens· Sic dicit pu
ritas cordis q̄ ad ep̄os i duobus ꝯſiſtit· In querēda dei glia ⁊ ꝓximi
vtilitate vtm omnibus videlicet actibus ⁊ dictis ſuis nil querat ſuum
ſed tantum aut dei honorem aut ſaluteꝫ ꝓximorū aut vtrūq; nō ꝓpriū
comodū vel honorē ſeculi vel aliud quiſpiā p̄ter ſolum beneplacitum
dei ⁊ aīarū ſaluteꝫ· gaudeat ꝓfecto cuiꝰ ꝯſcia ſibi teſtimoniū ꝑhibeat q̄
talis ſit ſed an putas taliū multitudinē poſſe reperiri plane non nego
aliquos ſ; multoplures de parte oppoſita· Audiat ſup hoc Bernhardus
ſup cantica ſermone ſeptuageſimooctauo· Non omnes ſunt amici ſp̄oſi
quos hodie ſponſe hic mode aſſiſtere cernis ⁊ q̄ vt vulgo aiūt ad extra
here eam vident̄· pauci admodum ſunt qui nō que ſua ſunt querūt ex
omnibꝫ caris eius diligunt munera nec poſſūt pariter diligere xp̄m quia
manus dederūt mā̄mone· intuere quō incedūt nitidi ⁊ ornati circūamicti
varietate tanquam ſponſa ꝓcedens de thalamo ſuo· nōne cum reperte
quēpiam taliū p̄cedentem eminꝰ ꝓſpexeris ſponſam putabis q̄; ſponſe
cuſtodem· vnde nemo hanc exuberare exiſtimas rerū affluētiam veſtiū
ſplendorē menſarū luxuriam ꝯgeriē vaſorū argēteorū ⁊ aureorū niſi de
bonis ſponſe· Inde ē q̄ illa paup̄ inops ⁊ nuda relinquit̄ facie miſerāda
Et ſubdit quem dabis mihi de numero prepoſitorum qui non plus in
uigilet ſubditorū vacuandis marſubijs q̄; vicijs extirpandis· ⁊c̄· Et
ut aliquam ſūmā in vnā maſſam colligamus de requiſitis ad irrep̄hen
ſibilem poſſeſſorem huiꝰ pontificalis dignitatis· trimēbrem cōſpicio di
uiſionem ad hanc requiſitam primo vt ſit ei canonicus ingreſſus ſcdo
vt ſit ei laudabilis ꝓgreſſus· tercio vt ſit ei ꝯſtans ⁊ in deficibilis egreſ
ſus hijs tribus conditionibus ſtantibꝫ peritus nauta nauem ſibi ꝯmiſſā
ꝓſpero euentu ad portum ſalutis adducit vt ei merito dicatur· Euge
ſerue bone ⁊ fidelis quia ſup pau· fu· fi· Intra in gaudiū dn̄i tui· p̄mo
ſublato duo ſequēcia nihil proſunt imo nec poſſunt haberi nec poſſideri
quia error paruus in principijs maximus fit in fine· vnde cautiſſime pro
uidendum de canonico ingreſſu quo ad omnia beneficia eccleſiaſtica de
quo primo manuducimur ore diuo Qui nō intrat p oſtiū; i ouile ouiū
ille fur ē ⁊ latro Jo· x· Et iterū Gratis accepiſtis gratis date primū p
hibet ne aliunde aſcendat quo ad intrantes vt patebit· ſcd̄m prohibet
ne collatio beneficiorū quo ad ꝓuidentes ⁊ inſtruētes corrūpat primus

quo ad accipientes · ſcdm quo ad dantes vt omnia gratis fiant nulla corruptione muneris interueniente ¶ Item ad hebreos · v° · ¶ Nemo aſſumit ſibi honorē ſ; qui vocat̄ a deo tanq̄ȝ aaron ¶ Et Augꝰ · xix · de ci · dei · locus ſupioꝛ ſine quo populus non regit̄ ſi ita teneat̄ atq̄ adminiſtret̄ vt decet et indecenter tamē appetit̄ · q̄ȝ obrem ociū ſanctum querit caritas veritatis negocium iuſtum ſuſcipit neceſſitas caritatis q̄ȝ ſarcinam ſi nemo imponit ꝑcipiende atq̄ intuende vacādum eſt veritati · ¶ Si autē īponitur ſuſcipienda eſt ꝓpter caritatis neceſſitatem ī qua ponderāda ⁊ ſubtili auctoritate docet quēlibet hominē vt quātum eſt in ſe eligat quilibet ocium ſanctum · i · deo ⁊ ſibi ſoli vacare ī ſuauitate ſpūs ⁊ reuocatione īterioris homīs nec appetendum eſt vt ab illa ꝑ aliqđ negociū ſeu p̄laturam aliquā abſtrahat̄ · ¶ Item docet ꝙ ſi habent poteſtatem imponēdi hanc ſarcinam p̄lature hanc imponat ꝓpter neceſſitatem caritatis · patienter ⁊ dolenter ſuſcipiat onus impoſitum · ideo electus in prelatum cū de ꝯſenſu requirit̄ debet reſpondere nolo volens ⁊ volo nolēs vt pȝ in glo · viij · q · j · ¶ In ſcripturis hoc eſt quantū ē in me nolo ſ; quātum eſt in īponēte volo ⁊ econuerſo vt mixta ſit auctoritas iubentis ⁊ voluntas ſuſcipientis · ¶ Ex quo colligere debemus ꝙ omnis virtuoſus prelatus quātum eſt in eo ſalua obediēcia ſupioꝝ ⁊ vtilitate cōmiſſoꝝ ſemꝑ debet habere aīm ad hoc vt ſarcinam hanc deponat ⁊ ad āplexuȝ dilecti ſponſi in cubiculo ſecretiꝰ aſpiret dicēs illud · ¶ Oſculet̄ me oſculo oris ſui qđ eſt querere ocium ſanctū ſed tamen ꝓpter neceſſitateȝ ſuire non deſiſtat · alioqui libido dn̄andi ipſum videt̄ tenere in p̄latura quod eſt damnabile · alienū enim videtur eſſe a fundamento humilitatis ꝙ aliquis ſe talem eſtimet ꝙ nemo ſibi ſimilis eſt qui melius gregi dn̄ico ꝓuidere poſſet q̄ȝ ipa neceſſitas · igitur ⁊ patientia debent ꝯſtringere virtuoſum p̄latum vt in cathedra ſedeat pontificatus non voluptas aut honor aut libido.

¶ De canonico ingreſſu.

Vt igit̄ canonicus ſit ingreſſus ad aliquā p̄laturaȝ aut etiā eccleſiaſticuȝ qđcūq̄ beneficium ꝯſideranda eſt puritas ſiue īcorruptio in intentione quo ad patronos p̄ſtātes electores eligētes ſi ē electiua dignitas ⁊ ꝓuidētes ſiue īſtituētes vt ⁊ q̄ ad īſtituendū vt ſit etatis legitime ꝯpetētis ſciē ⁊ vite honeſte ¶ Et hec intētio que ſoli deo nota eſt quo ad eccleſiam · ⁊ eius iudicium non eſt obnoxia penis eccleſie que de manifeſtis iudicat licet non ſit ſine culpa etiā forte mortali ſed hec culpa tollit̄ ꝑ penitenciam in confeſſione etiam ſine renūciatione beneficij ad hoc facit capl̄m vltimū de ſymonia · ¶ Eſt ⁊ alia pu-